



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 18. Irenæus Tyriensis depositus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

cyranus, & Paulus Samosatenus dicunt, Sæculum V. esse purum Hominem. Ergo istis S. Scripturæ loca, quæ Jesu Christi Divinitatem demonstrant, sunt obijcienda, illis vero, quæ Humanitatem probant.

§. XVIII.

Irenæus Tyriensis depositus.

Ep. IIC.

Inter hæc Theodoretus Constantinopoli nuntium affertur, ibi Mandatum Imperatoris editum, quo Irenæus, quem ipse Episcopum Tyri ordinaverat, deponi juberetur. Hac de re ad Dominum Antiochenum scripsit, causas adducens, ex quibus Ordinationis hujus valorem defendere oporteret. *Hunc Virum, inquit, ordinavi, quia omnes Phœnices Episcopi id decreverant, nam etiam Irenæi zelus, magni spiritus, charitas in pauperes, aliæque virtutes, mihi perspectæ erant. Ceterum, quod sciam, nunquam negavit, S. Virginem Matrem Dei appellare, aut ullam Fidei contrariam opinionem tenuit. Quod pertinet ad Bigamiam; exemplum Antecessorum nostrorum secutus sum. Alexander Antiochenus & Acacius Bereensis ordinarunt Diogenem Bigamum. Prayles Jerosolymitanus Dominum Cæsariensem Bigamum ordinavit. Proinde Proclus Constantinopolitanus, sicut etiam præcipui Episcopi ex Ponto, & ex Palæ-*

Sæculum V. Palæstina omnes hanc ordinationem
 A. C. 447. tam habuerunt.

Epist. 3.

Ubi primum Cæsarei mandati nu-
 tium ad Irenæum pervenit, mentem
 jus subiit cogitatio, ut discederet,
 Consilium Theodoretæ exquisivit. I-
 suavit, ut expectaret, donec abire cog-
 retur, & sponte Gregem suum non de-
 fereret. Consultatio hac Parabola erit
 involuta: *Judex impius duobus Marti-
 ribus optionem fecit, ut sacrificarent
 idolis, aut se in mare præcipitarent;
 primus præcipitavit semetipsum, secun-
 dus nec unum fecit, nec alterum, sed
 expectavit, donec accedente aliorum
 præcipitaretur; Theodoretus factum se-
 cundi probat.*

Irenæus de-
 positus.

*Conc. Eph.
 part. 3. c. 47.*

Edictum contra Irenæum executio-
 ni datum est; ipse depositus, & in ejus
 locum Photius Episcopus Tyriensis ordi-
 natus. Decretum de Irenæi Depositio-
 ne continetur in aliqua Theodosii Lega-
 in cujus initio omnes Porphyrii libri
 contra Religionem Christianam flammis
 tradi jubentur. Secundo Nestoriani,
 Episcopi sint, aut Clerici, Ecclesiis effe-
 ciantur, si Laici, excommunicentur; at-
 que omnibus Catholicis permissum sit,
 eosdem deferre. Libri, quorum opinio-
 nes Doctrinæ Concilii Nicæni, Concilii
 Ephesini, & S. Cyrilli consentaneæ non
 sunt, comburantur, nemini, quisquis
 fue-

fuerit, sub pœna ultimi supplicii eos le- Sæculum V.
gere, aut retinere liceat. Articulus hic A. C. 448.
Scripta Dioscori Tarsensis, & Theodori
Mopsuesteni respicere videtur. Tandem
lex ista præcipit, ut Irenæus, qui, Indi-
gnationem Imperatoris meritis, quod
Nestorianus esset, contra Canones fuis-
set ordinatus, Ecclesia Tyriensi pellatur,
& Patria sua non excedat, sed ibi sine
Nomine, & veste Episcopi quietus per-
maneat. Hæc Lex in Ecclesia Monacho-
rum Ægypti, vigesima tertia *Pharmou-*
tbi, Indictione prima, anno Diocletiani
164. nempe 18. Aprilis, anno 448. pro-
mulgata. Verum Photius jam Mense
Februario Episcopus Tyriensis erat.

§. XIX.

Acta contra Ibam.

Id apparet ex Actis in Conventu, qui
ibi in causa Ibæ, seu Ihibæ, Episcopi
Edeffeni, celebratus est. Rabbulæ Ibas
successerat, sed isti longe alia, quam An-
tecessori sententia. Nam Rabbula sem-
per S. Cyrillo, & Concilio Ephesino ad-
hæsit, Ibas vero ex Partibus Nestorii, & *Sup. Lib.*
Orientalium usque ad pacem, a Paulo *XXVI. §. 19*
Emeseno reductam, steterat. Clerico-
rum Ecclesiæ Edeffensæ divisi erant ani-
mi, multi Ibæ adversabantur; hos inter
numerabantur quatuor Presbyteri, quos,
sua sponte Episcopo infensos, etiam Ura-
nius,